

tiones quoque, quas de bonis ministerialium nostrorum predictorum fecerunt, in villa Oztro|we et quinque mansis in Leine, sicut prefato monasterio iuste ac rationabiliter facte sunt, ratas gerimus et omnia bona predicta cum nemoribus, aquis, | pratis, terris cultis et incultis, pascuis et omnibus eorum pertinentiis prenotato monasterio et person[i]s in eo domino famulantibus in perpetuum confirmamus. | Statuimus igitur et presentis privilegii auctoritate districte precipiendo mandamus, quatinus nullus dux, nullus marchio, nullus princeps, nullus | comes, nullus prelatus, nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana prenommatum monasterium in bonis prescriptis et omnibus eorum per|tinentiis contra presentis ratihabitionis et confirmationis nostre tenorem impedire, molestare seu perturbare presu[m]at. Quod qui presumpserit, indignatio|nem nostri culminis et penam quinquaginta librarum auri se noverit incursum, quarum medietas camere n[ostr]e, reliqua vero passis iniuriam applicetur. | Ad huius igitur ratihabitionis et confirmationis nostre futuram memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et maiestatis nostre | sigillo iussimus communiri^a). Huius rei testes sunt: Albertus venerabilis patriarcha Antiochenus, Bertoldus patriarcha Aquilegensis, Berardus ar|chiepiscopus Panormitanus, Nicolaus archiepiscopus Tarentinus, Vlricus episcopus Tergestinus, Odorisius episcopus Marsicanus, Fridericus filius quondam Henrici il|lustris regis Romanorum, Fridericus filius illustris regis Castelle, Ricchardus^a) comes Casertanus, magister Petr[u]s de [V]inea, magister Taddeus | de Svessa magne imperialis curie iudices et alii quam plures.

SIGNUM DOMINI NOSTRI FRIDERICI DEI GRATIA INVICTISSIMI ROMANORUM IMPERATORIS SEMPER AUGUSTI (M.)¹¹), IERUSALEM ET SICILIE REGIS.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducesimo quadragesimo quinto, mense martio^b), tertie indictionis, imperante | domino nostro Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, Romani imperii eius anno vicesimo | quinto, regni Ierusalem (¹²vicesimo primo¹²), regni vero Sicilie quadragesimo septimo; feliciter amen.

Dat. Fogie anno, mense et indictione prescriptis.
(SP.)

130.

Papst Innozenz IV. verfügt zugunsten des Abtes von Cîteaux, seiner Mitäbte und aller Konvente des Zisterzienserordens, daß außer in Glaubensangelegenheiten kein Ordensangehöriger ohne ein besonderes päpstliches Mandat von einem Bischof oder einer anderen Person vor eine Synode oder ein Gericht zitiert werden darf.

1245 Mai 4, Lyon

b) Unter dem ersten Buchstaben von martio befindet sich ein eradiertes i A.

11) Zur Entwicklung des Monogramms in staufischer Zeit vgl. Koch, Edition, S. 68–70, Anm. 14 (mit Abb.).

12) Statt vicesimo.